

## P R Æ F A T I O.

bum, Deo confidere, & diaboli ac fanaticorum hominum præstigijs, machinationibus, & insidijs intrepido animo contradicere & repugnare, quemadmodum monet David, cum inquit: Quæ audiuius & cognouimus, & Patres nostri narrauerunt nobis, ea non celabimus filios & posteritatem, narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia quæ fecit, ut agnoscat generatio altera, & Filij qui nascentur, & exurgant, & narrent ea filijs suis, ac ponant in Deo fiduciam suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandatum eius seruent, ne fiant sicut Patres eorum, generatio rebellis & exasperans, generatio quæ non direxit cor suum, & non credidit Deo Spiritus eius. Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare, & obliti sunt beneficiorum eius, & mirabilium, quæ exhibuit eis. Nos certè hac ætate nullam prætere excusationem possumus, si quid nobis accidit, quo seducimur, hoc est, quod sanæ doctrinæ cœlesti aduersatur, & fidei, vitæ ac salutis nostræ incommodat. Culpa nostra est omnis, sita vel in supina ingrati-  
tutudis